


BIBL.
DE
L'UNIVERSITÉ
MS.
1120

SALVATORIS INFANTIA



Sanctus Ioseph Puer-Iesus Dei filius et Maria Virgo Deipari
Omnipotens sacro conducit Pneumate Christum
Dum Matri Puer est subditus atque Patri





12
M. T. CICERONIS
in L. Catilinam
Oratio I.



PARISIIS,
Ex Typographia IOANN. LIBERT, via Diui
Ioannis Lateranensis, è regione
Collegij Regij.
M. DC. XVI.

M. T. CICERO
in L. Caeciliana
Oratio I.



PARIS 1212.
Ex Typographia Iovannis Libert, via Divi
Iovannis Lateranensis, è regione
Collegij Regij.

M. DC. XVI.



M. T. CICERONIS IN L. Catilinam oratio I.

Quoniam a quibus autem in Catilina agitur tu de nostris patientibus comites
Vouesq. tandem abutere, Catilina, patientia
nostra? quandiu nos etiam furor iste tuus elu-
det? quem ad finem sese effrenata iactabit audacia?
nihilne te nocturnum praesidium palatii, nihil urbis
vigilia, nihil timor populi, nihil consensus bonorum
omnium, nihil hic munitissimus habendi Senatus lo-
cus, nihil horum ora, vultusque mouerunt? Patere
tua consilia non sentis? constrictam iam omnium ho-
rum conscientia teneri coniurationem tuam non vi-
des? quid proxima, quid superiore nocte egeris, ubi
fueris, quos conuocaueris, quid consilij ceperis, quem
nostrum ignorare arbitraris? O tempora, o mores!
Senatus hoc intelligit, Consul videt, hic tamen viuit.
viuit? imo vero etiam in Senatum venit: fit publici
consilij particeps: notat et designat oculis ad eadem
unumquemque nostrum. nos autem viri fortes satis-

At tamen cum sonoro
a Catilinae cum iurata

facere Reip. videmur, sistis furorem actela vite-
 mus. Ad mortem te, Catilina, duci iussu Consulis iam-
 pridem oportebat: in te conferri pestē istam, quam tu
 in nos omnes iamdiu machinaris. An vero vir am-
 plissimus P. Scipio Pontifex & Maximus Tiberium
 Gracchum mediocriter labefactantem statum Reip.
 priuatus interficit: Catilinam orbem terra cade atq;
 incendijs vastare cupientem, nos Consules perfere-
 mus? nam illa nimis antiqua pratero, quod Qu.
 Seruilius Hala Sp. Melium nouis rebus studentem
 manu sua occidit. Fuit, fuit ista quondam in hac Rep.
 virtus, ut viri fortes acrioribus supplicijs ciuem per-
 niciosum, quam acerbissimū hostem coërcerēt. Habe-
 mus enim Senatusconsultum in te, Catilina, vehemens
 & graue, non deest Reip. consilium, neque auctoritas
 huius ordinis, nos, nos, dico apertē, Consules desumus.
 Decreuit quondam Senatus, ut L. Opimius C. O. S.
 videret, ne quid Resp. detrimenti caperet: nox nulla
 intercessit. interfectus est propter quasdam seditionis
 suspensiones C. Gracchus clarissimo patre natus, auis,
 maioribus: occisus est cum liberis M. Fuluius Consu-
 laris. Simili Senatusconsulto C. Mario & L. Vale-

ORATIO I.

rio COSS. permiffa est Reip. num unum diem postea
L. Saturnium Tribunum plebis, & C. Servilium
mors à Reip. pœna remorata est? At nos vigesimū iā
diem patimur hebescere aciem horum auctoritatis. ha-
bemus enim huiusmodi Senatusconsultum, verunta-
men inclusum in tabulis, tanquam gladiū in vagina
reconditū, quo ex Senatusconsulto confestim interfe-
ctum te esse, (atilina, conuenit. Viuis, & viuis, non ad
deponendam, sed ad confirmandā audaciam. Cupio,
P.C. me esse clementem, cupio in tantis Reip. periculis
non dissolutum videri: sed iam meipsum inertia ne-
quitieque condemno. Castra sunt in Italia contra
Remp. in Etruria faucibus collocata: crescit in dies
singulos hostium numerus: eorum autem imperatorē
castrorum, ducēmq. hostium intra mœnia atq. adeo
in senatu videmus intestinam aliquam quotidie
perniciem Reip. molientē. Si te iam, (atilina, compre-
hendi, si interfici iussero, credo erit verendum mihi,
ne non hoc potius omnes boni seriūs à me, quā
quicquam, crudeliūs factum esse dicant. Verū
ego hoc, quod iam pridem factum esse oportuit, certa
de causa nondum adducor ut faciam. tum denique

^{interficiam te cum iam nemo tam improbus tam per-}
^{ditus tam tui similis inueniri poterit qui id non iure}
^{factum esse fateatur. Quandiu quisquam erit, qui te}
^{defendere audeat, viues; & viues ita ut nunc viuis,}
^{multis meis & firmis praesidijs obsessus, ne commouere}
^{te contra Remp. possis: multorum te etiam oculi & au-}
^{res non sententia, sicut adhuc fecerunt, specularuntur,}
^{atque custodient. Etenim quid est, Catilina, quod iam}
^{amplius expectes, si neq. nox tenebris obscurare coetus}
^{nefarios, nec priuata domus parietib. continere voce}
^{conurbationis tuae potest: si illustrantur, si erumpunt}
^{omnia? Muta iam istam mentem, mihi crede: obliui-}
^{scere cadis atque incendiorum: teneris undique, luce}
^{sunt clariora nobis tua consilia omnia. quae etiam me-}
^{cum licet recognoscas. Meministine me ante diem}
^{XII. Calend. Nouemb. C. Manilium audaciae}
^{satellitem atq. administrum tuae? num me fefellit, Ca-}
^{tilina, non modo res tanta, tam atrox, tam incredibilis,}
^{verum, id quod multo magis est admirandum, dies?}
^{Dixi ego idem in Senatu, cadem te optimatum}
^{contulisse in diem V. Calend. Nouemb. tum cum}
^{multi principes ciuitatis Roma, non tam sui conser-}

Dicitur in Senatu
 Iusto die qui
 dicitur futurum
 esse autem dicitur

standi, quam tuorum consiliorum reprimendorum
 causa profugerunt? num inficiari potes, te illo ipso die
 meis praesidijs, mea diligentia circumclusum, commo-
 uere te cōtra Remp. nō potuisse, cum tu discessu cetero-
 rum, nostra tamen, qui remansissemus, cade conten-
 tum te esse dicebas? Quid, cum te Praeneste Calen. ipsis
 Nō quēmb. occupaturū nocturno impetu esse consideres,
 sensistine illam coloniam meo iussu, meis praesidijs, cu-
 stodijs, vigilijs esse munitā? Nihil agis, nihil moliris,
 nihil cogitas, quod ego non modò audiam, sed etiam
 videam, planeq; sentiam. Recognosce tandem mecum
 noctem illam superiorem: iam intelliges multò me vi-
 gilare acrius ad salutem, quàm te ad perniciem Reip.
 Dico te priori nocte venisse inter sarcarios (non agam
 obscure) in M. Lecca domum: conuenisse eodem com-
 plures eiusdem amentia scelerisq; socios. num negare
 audes? quid taces? conuincam, si negas. Video enim
 esse hīc in Senatu quosdā, qui tecum unā fuere. O dī
 immortales! ubinam gentium sumus? quam Remp.
 habemus? in qua urbe vivimus? hīc, hīc sunt in nostro
 numero P. C. in hoc orbis terrarū sanctissimo grauissimò-
 que consilio, qui de meo nostrūmq; omnium interitu,

qui de huius urbis atque adeo orbis terrarum exitio
 cogitent. hōsce ego video Consul, & de Repub. senten-
 tiam rogo, & quos ferro trucidari oportebat, eos nondū
 voce vulnero. Fuisti igitur apud Leccam ea nocte, Ca-
 tilina, distribuisti partes Italiae, statuisti quō quemq;
 proficisci placeret, delegisti quos Roma reliqueres, quos
 tecum educeres, descripsisti urbis partes ad incendia,
 confirmasti te ipsum iam esse exiturum, dixisti paulu-
 lum tibi esse etiam tum mora, quod ego viverem. Re-
 perti sunt duo Equites Romani, qui te ista cura libera-
 rent, & sese illa ipsa nocte paulo ante lucem me in meo
 lectulo interfecturos pollicerentur. Hec ego omnia,
 vix dum etiam cœtu vestro dimisso, comperi: domum
 meam maioribus presidijis munivi atque firmaui, ex-
 clusi eos, quos tu mane ad me salutatum miseras, cum
 illi ipsi venissent, quos ego iam multis viris ad me ven-
 turos id temporis esse prädixeram. Quæ cum ita sint,
 Catilina, perge quō cœpisti, egredere aliquando ex ur-
 be: patent porte, proficiscere. nimium diu te impera-
 torem illa tua Manliana castra desiderant. Educ te-
 cum etiam omnes tuos: si minus, quamplurimos. pur-
 ga urbem. magno me metu liberabis, dum modo inter
 me atq;

me atq; te murus interfit. nobiscum versari iam diu-
 tius non potes: non feram, non patiar, non sinam.
 Magna dys immortalibus habenda est gratia, atq;
 huic ipsi Ioui Statori antiquiss. custodi huius urbis,
 quod hanc tam tetram, tam horribilem, tamq; infestā
 Reip. pestem toties iam effugimus, non est sepius in
 uno homine salus summa periclitanda Reip. Quan-
 diu mihi consuli designato, catilina, insidiatus es, non
 publico me presidio, sed priuata diligētia defendi. cū
 proximis comitib; Consularibus me consulem in cam-
 po, & competitores tuos interficere voluisti, compressi
 tuos nefarios conatus amicorum presidio & copijs,
 nullo tumultu publicè concitato. deniq; quotiescunq;
 me petisti, per me tibi obstiti: quanquam videbā per-
 niciem meam cum magna calamitate Reip. esse con-
 iunctam. nunc iam apertè Rempub. uniuersam petis,
 templa deorum immortalium, tecta urbis, vitam om-
 nium ciuium, Italiam denique totam ad exitium &
 vastitatem vocas. Quare, quoniam id quod primum,
 atque huius imperij, disciplinaq; maiorum proprium
 est, facere non audeo: faciam id quod est ad seueritatē
 lenius, ad communem salutem utilius. non si te inter-

fici iussero, residebit in Rep. reliqua coniuratoris ma-
 nus: sin tu (quod te iandudum hortor) exieris, exhau-
 rietur ex urbe tuorum comitum magna & pernicioſa
 ſentina Reip. Quid eſt, Catilina? num dubitas id me
 imperante facere, quod iam tua ſponte faciebas? Exi-
 re ex urbe Conſul hoſtem iubet: interrogas me, Num
 in exilium? non iubeo: ſed ſi me conſulis, ſuadeo. Quid
 enim, Catilina, eſt, quod te iam in hac urbe delectare
 poſſis, in qua nemo eſt extra iſtam coniurationē per-
 ditorum hominum, qui te non metuat, nemo, qui te nō
 oderit? Quæ nota domeſtica turpitudinis non inuſta
 vitæ tuæ eſt? quod priuatarū rerum dedecus nō heret
 infamiae? qualibido ab oculis, quod facinus à manibus
 unquam tuis, quod flagitiū à toto corpore abſuit? cui
 tu adoleſcentulo, quem corruptelarū illecebris irretiſ-
 ſes, non aut ad audaciam ferrum, aut ad libidinē fa-
 cem prætulif? quid verò nuper? cū morte ſuperioris
 uxoris nouis nuptiis domum vacuam feciſſes, nōne
 etiā alio incredibile ſcelere hoc ſcelus cumulaſti? quod
 ego præmitto, & facile patior ſleri, ne in hac ciuita-
 te tanti facinoris immanitas aut extiſſe, aut nō vin-
 dicata eſſe videatur. Præmitto ruinas fortunariū

tuarum, quas omnes impendere tibi proximis fidebus
 senties. ad illa venio, quae non ad priuatam ignomi-
 niam vitiorum tuorum, non ad domesticam tuam dif-
 ficultatem ac turpitudinem, sed ad summam Reip.
 atque ad omnium nostrum vitam salutemque per-
 tinent. Potestne tibi huius vitae lux, Catilina, aut
 huius caeli spiritus esse iucundus, cum scias horum
 esse neminem, qui nesciat te pridie Calend. Januar.
 Lepido & Tullo C.O.S.S. stetisse in comitio cum
 telo? manum, Consulum & principum civitatis
 interficiendorum causa paravisse? sceleri ac furori
 tuo non mentem aliquam aut timorem tuum, sed
 fortunam Reipub. obstitisse? Ac iam illa omitto:
 neque enim sunt obscura, aut non multo post commissa.
 quoties tu me designatum, quoties me Consulem inter-
 ficere voluisti? quod ego tuas petitiones ita coniectas,
 ut vitari posse non viderentur, parva quadam decli-
 natione, & ut, aiunt, corpore effugi? nihil agis, nihil
 assequeris, nihil moliris, quod me latere valeat in
 tempore: neque tamen conari ac velle desistis. Quoties
 iam, quoties iam tibi extorta est sicca ista de manibus?
 quoties verò excidit casu aliquo, & elapsa est? tamen ea

carere diutius non potes: quæ quidem quibus abs-
 te initiata sacris ac deuota sit, nescio, quòd eam necesse
 putas consulis in corpore defigere. Nunc verò quæ
 tua est ista vita? sic enim iam tecum loquar, non ut
 odio permotus esse videar, quo debeo, sed ut misericor-
 dia, quæ tibi nulla debetur. Venisti paulo antè in Se-
 natum: quis te ex hac tanta frequentia, ex tot tuis
 amicis ac necessarijs salutauit? si hoc post hominum
 memoriam contigit nemini, vocis expectas contume-
 liã, cū sis grauissimo iudicio taciturnitatis oppressus?
 Quid, quòd aduentu tuo subsellia vacua facta sunt?
 quid, quod omnes consulares, qui tibi per sepe ad cæ-
 dem constituti fuerunt, simul atque assedisti, partem
 istam subselliorum nudam atq. inanem relinquerūt?
 Quo tandem animo hoc tibi ferendum putas? serui
 mehercule mei si me isto pacto metuerēt, ut te metuūt
 omnes ciues tui, domum meam relinquendam puta-
 rem: tu tibi urbem non arbitraris? Et si me meis ci-
 uibus iniuria suspectum tam grauitè, atq. offensum
 viderem, carere me aspectu ciuium, quàm infestis
 oculis omnium conspici mallet: tu cum conscientia
 scelerum tuorum agnoscas odium omnium iustum, et

iam tibi diu debitū, dubitas, quorum mentes sensusq;
 vulneras, eorum aspectum præsentiamque vitare?
 Si te parentes timerent, atq; odissent tui, neq; eos ulla
 ratione placare posses: ut opinor, ab eorū oculis aliquò
 concederes. nunc te patria, quæ communis est omnium
 nostrum parens, odit ac metuit: Et iam diu de te nihil
 iudicat, nisi de parricidio suo cogitare: huius tu neq;
 auctoritatem verebere, neque iudicium sequere, neq;
 vim pertimesces? Quæ tecū, Catilina, sic agit, Et quo-
 dammodo tacita loquitur: Nullum iam tot annos
 facinus extitit, nisi per te: tibi uni multorum civium
 necesse, tibi vexatio direptioq; sociorum impunita fuit
 ac libera: tu non solum ad negligendas leges, et questio-
 nes, verum etiam ad evertendas perfringendasq; va-
 luisti. Superiora illa quanquam ferenda non fuerunt,
 tamen ut potui, tuli: nunc verò me totam esse in metis
 propter te unum: quicquid increpuerit, Catilinam
 timeri: nullum videri contra me consilium iniri posse,
 quòd à tuo scelere abhorreat: non est ferendū. Quam-
 obrem discede, atque hunc mihi timorem eripe: si
 verus, ne opprimar: sin falsus, ut tandem aliquando
 timere desinā. Hæc si tecum, ut dixi, patria loquatur,

nōne impetrare debeat, etiam si vim adhibere nō possit? Quid, quod tu te ipse in custodiam dedisti? quid, quod vitanda suspicionis causa, apud M. Lepidum te habitare velle dixisti: à quo non receptus, etiam ad me venire ausus es, atque ut domi meæ te asseruarem, rogasti? Cū à me quoque id responsum tulisses, me nullo modo posse iisdem parietibus tutò esse tecum, qui magno in periculo essem, quod iisdem mœnibus contineremur: ad Q. Metellum Pratorem venisti: à quo repudiatus, ad sodalem tuum virum optimum M. Marcellum demigrasti, quem tu videlicet & ad custodiendum te diligentissimum, & ad suspicandum sagacissimum, & ad vindicandum fortissimum fore putasti: sed quàm longè videtur à carcere atq; à vinculis abesse debere, qui seipsum iam dignum custodia iudicauerit? Quæ cum ita sint Catilina, dubitas, si hic emori æquo animo nō potes, abire in aliquas terras, & vitam istam multis supplicijs iustis debitisque ereptā fugæ solitudiniquē mandare? Refer, inquis, ad Senatū. id enim postulas: & si hic ordo sibi placere decreuerit te ire in exilium, obtemperaturum te esse dicis. Non referam id, quod abhorret à meis moribus: & tamen

faciã ut intelligas quid hi de te sentiant. Egredere ex urbe, Catilina, libera Rempub. metu: in exilium, si hanc vocem expectas, proficiscere. Quid est, Catilina? ecquid attēdis? ecquid animaduertis horum silentiũ? patiuntur, tacent. quid expectas authoriratem loquentium, quorum voluntatem tacitorum perspicis? At si hoc idem huic adolescenti optimo P. Sextio, se fortissimo viro M. Marcello dixissem, iam mihi Consuli hoc ipso in templo iure optimo Senatus vim & manus intulisset: de te autem, Catilina, cū quiescūt, probant: cū patiuntur, decernunt: cū tacent, clamant: neque hi solum quorum tibi auctoritas est videlicet chara, vita vilissima, sed etiã illi Equites Rom. honestissimi atque optimi viri, cateriq; fortissimi ciues qui circumstant Senatum, quorum tu & frequentiam videre, & studia perspicere, & voces paulo antè exaudire potuisti: quorum ego vix abs te iam diu manus ac tela contineo: eosdem facile adducam, ut te hec, quæ iam pridem vastare studes, relinquentē, usq; ad portas prosequantur. quanquam quid loquor, te ut ullares frangat? te ut unquã tu corrigas? tu ut ullam fugam meditere? tu ullum ut exilium cogites? Vtinam

tibi istam mentem dii immortales darent. tametsi video, si mea voce perterritus ire in exilium animū induxeris, quanta tempestas inuidia nobis, si minus in præsens tempus recēti memoria scelerum tuorū, at in posteritatem impendeat. Sed est mihi tanti, dummodo ista tua priuata sit calamitas, & à Reip. periculis seiungatur. Sed tu ut vitijs tuis commoueare, ut legū pœnas pertimescas, ut temporibus reip. concedas, non est postulandum. Neque enim Catilina is es, ut te aut pudor à turpitudine, aut metus à periculo, aut ratio à furore reuocarit. Quamobrem, ut sepè iam dixi, proficiscere: ac si mihi inimico, ut prædicas, tuo cōflare vis inuidiam, rectè a perge in exilium: vix feram sermones hominum, si id feceris: vix molem istius inuidia, si in exiliū ieris iussu Consulis, sustinebo. Sin autem seruire mea laudis & gloria mauis, egredere cum importuna sceleratorum manu: confer te ad Manlium: concita perditos ciues: secerne te à bonis: infer patriæ bellum: exulta impio latrocinio: ut à me non eiectus ad alienos, sed inuitatus ad tuos esse videaris: quanquā quid ego inuitē, à quo iam sciam esse pramissos, qui tibi ad forum Aurelium præstolarentur armati? sciam pactam

factam & constitutam esse cum Manlio diem? à quo etiam aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus perniciosam esse confido, & funestam futuram, cui domi tue sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit, sciam esse premissam; Tu ut illa diutius carere possis, quam venerari ad eadem proficiscens solebas: à cuius altaribus sepè istam dextram impiam ad necem civium transtulisti: Ibis tandè aliquando, quò te iampridè tua cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat. neque enim tibi hæc res affert dolorem, sed quãdam incredibilem voluptatem. Ad hanc te amentiam natura peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. nunquam tu non modò otium, sed ne bellum quidem nisi nefarium concupisti: nactus es ex perditis, atque ab omni nò modò fortuna, verum etiam spe derelictis conflatam improborum manum. hinc tu quàm letitia perfruere, quibus gaudijs exultabis, quantam tu voluptate bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam, neque videbis; Ad huius vite studium meditati illi sunt, qui feruntur labores tui: iacere humi nò modò ad obsidendum stuprum verum etiam ad facinus obeundum: vigilare non solum ad insidiandum somno

maritorum, verum etiam bonis otiosorum. Habes ubi ostentes illam tuam praeclaram patientiam famis, frigoris, inopia rerum omnium: quibus te brevi tempore confectum esse senties. Tantum profecitum, cum te à Consulatu repuli, ut exul potius tentare, quam Consul vexare Rēp posses: atque ut id quod esset à te sceleratè susceptum, latrocinium potius, quam bellum nominaretur. Nunc ut à me, P. C. quondam propè iustam patriae querimoniā detester ac deprecer, percipite, quae so- diligēter quae dicam, & ea penitus animis vestris mē- tibusq; mandate. Etenim si mecū patria, quae mihi vi- ta mea multo est charior, si cūcta Italia, si omnis Resp. loquatur, M. Tulli, quid agis? tūne cum, quem esse hostem comperisti, quem ducem belli futurum vides, quem expectari imperatorem in castra hostium sentis, authorem sceleris, principem coniurationis, evocatorem servorum, & civium perditorū, exire patieris, ut abs te non emissus ex urbe, sed immissus in urbem esse vi- deatur? nonne hunc in vincula duci, non ad mortem rapi, non summo supplicio mactari imperabis? Quid tandem impedit te? mōsne maiorum? at persaepe etiam privati in hac Rep. perniciosos ciues morte multarūt.

An leges, quæ de ciuium Ro. supplicio rogatae sunt? at nunquam in hac urbe hi qui à Rep. defecerunt, ciuium iura tenuerunt. An inuidiam posteritatis times? Praclaram verò populo Ro. refers gratiam, qui te hominem per te cognitum, nulla commedatione maiorum, tam mature ad summum imperium per omnes honorum gradus extulit, si propter inuidiam, aut alicuius periculi metum, salutem ciuium tuorum negligis. Sed si quis est inuidiae metus, non est vehemētius seueritatis ac fortitudinis inuidia, quàm inertia ac nequitia pertimescenda. An, cùm bello vastabitur Italia, vexabuntur urbes, tecta ardebūt, tum te non existimas inuidiae incendio conflagraturum? His ergo sanctissimis Reip. vocibus, & eorum hominum qui idem sentiunt, mentibus pauca respondebo. Ego si hoc optimū factū iudicāre, P.C. Catilinam morte multari, unius usuram horæ gladiatori isti ad viuendū non dedissem. etenim si summi viri & clarissimi ciues, Saturnini, & Gracchorum, & Flacci, & superiorum complurium sanguine non modo se non contaminarunt, sed etiam honestarunt: certè verendum mihi non erat, ne quid hoc parricida ciuium interfecto, inuidia mihi in poste-

ritatem reducere. Quod si ea mihi maximè impēderet, tamē hoc animo semper fui, ut inuidiam virtute partam, gloriam, non inuidiam putarem. Quamquam nonnulli sunt in hoc ordine, qui aut ea quæ imminēt, non videant: aut ea, quæ vident, dissimulent: qui spem Catilina mollibus sententijs aluerunt, coniurationēq; nascentem non credendo corroborauerūt: quorum auctoritatē secuti multi, non solum improbi, verū etiam imperiti si in hunc animaduertiſſe, crudeliter, & regiē factum esse dicerēt. Nunc intelligo, si iste, quō intendit, in Manliana castra peruenerit, neminem tam stultum fore, qui non videat coniurationem esse factam; neminem tam improbum, qui nō fateatur. Hoc autē uno interfecto, intelligo hanc Reip. pestem paulisper reprimi, non in perpetuum comprimī posse. Quod si se eiecerit, secumq; suos eduxerit, & eodē ceteros undiq; collectos naufragos aggregauerit, extinguetur atq; delebitur, non modo hæc tam adulta Reip. pestis, verū etiam stirps ac semen malorū omnium. **E**tenim iamdiu P. C. in his periculis coniurationis insidiisq; versamur: sed nescio quo pacto omnium scelerum, ac veteris furoris & audacie maturitas in no-

stri Consulatus tempus erupit. Quod si ex tanto latro-
cinio iste unus tolletur, videbimur fortasse ab breue
quoddam tempus cura & metu esse releuati, pericu-
lum autem residebit, & erit inclusum penitus inuenis
atque in visceribus Reip. Vt sæpè homines ægri morbo
gravi, cum æstu febrique iactantur, si aquam gelidam
biberint, primò releuari videntur, deinde multò gra-
uius vehementiusque affliguntur: sic hic morbus qui est
in Rep. releuatus istius pœna, vehementius vniuersis reli-
quis ingrauescet. Quare, P. C. secedāt improbi, secer-
nant se à bonis, unum in locum congregentur: miro
denique, id quod sæpè iam dixi, secernantur à nobis:
desināt insidiari domi suæ Consuli, circumstare tribu-
nal Prætoris urbani, obsidere cum gladijs curiā, mal-
leolos ad incendendam urbem facereque comparare: sit
denique inscriptum in fronte vniuscuiusque ciuis, quid
de Rep. sentiat. Hoc polliceor vobis, P. C. tantam in
nobis consulibus fore diligentiam, tantam in vobis au-
thoritatem, tantam in Equitibus Romanis virtutem,
tantam in omnibus bonis consensionem, ut Catilina
profectione omnia patefacta, illustrata, oppressa, vin-
dicata esse videatis. Hisce omnibus Catilina cum sum-

ma Reip. salute, & cum tua peste ac pernicie, cumq;
eorum exitio, qui se tecum omni scelere parricidióque
iunxerunt, proficiscere ad impium bellum ac nefariũ.
Tum tu Iupiter, qui iisdem, quibus hæc urbs, auspicijs
à Romulo es constitutus, quem Statorẽ huius urbis,
atq; imperij verè nominamus, hunc & huius socios à
tuis aris, ceterisq; templis, à tectis urbis ac mœnibus,
à vita fortunisq; civium omnium arcebis: & omnes
inimicos bonorum, hostes patriæ, latrones Italiae, scele-
rum fœdere inter se ac nefaria societate cõiunctos, ater-
nis supplicijs vivos mortuosque mactabis.

F I N I S.

